

ART. I.

à nullo vel profectione vel quavis ratione alia esse productum, sed genuisse Filium ab eterno sibi ὁμοούσιον καὶ συνουσίον: Filij; genitum esse ab eterno in Divinitatis essentiâ. Spiritus Sancti, à patre Filioq³, modo planè ineffabili, ab eterno procedere.

40. Posterioris generis Characteres externi sunt Creatio, quæ Patri, Restauratio sive Redemptio, quæ Filio, Sanctificatio, quæ Spiritui Sancto in Ecclesia ascribitur.

41. Hi, cum ex patefactione tantum externâ, & notitiâ quoad nos, suam traxerint originem, Communicabiles statuuntur, & ab internis illis sunt diversissimi.

42. Ex qua diversitate natæ sunt D. Augu-
stino due illæ Regule, quæ in Scholis Theologo-
rum sunt tritissimæ: prior est, Opera Tri-
nitatis ad intra sunt divisa, sive in-
communicabilia, qualis sunt Generare,
gigni, procedere. Posterior, Opera Trinita-
tis ad extra sunt indivisa, sive com-
municabilia, Quando. n. DEVS extra suam
Essentiam in Creaturis aliquid operatur: tunc
tres personæ sunt simul, & simul operantur. Deinde
in hoc genere operum sive actionum, licet uni
personæ interdum opus quoddam assignetur: per-
sonæ tamen reliquæ ab eadem Operatione mini-
mè excluduntur.

43. Exempli